

## trigesimus sextus

in hispania nasci tradit. Fit & in tincturae genere obsidianum ad escaria uasa totum rubens uirum atque non translucens: haematina non appellatur, sit & album & murrinum aut Hyacinthos saprosque imitatur & omnibus aliis coloribus, nec est alia nunc materia sequacior: aut etiam picturae accommodatio: maximus tamen honos in candido translucente quae proxima cristalli similitudine. Usus uero ad potandum argenti metalla & auri pepulit. Est autem colaris impatiens: nisi praecedat frigidus liquor: cum ad dita aqua uitreae pilae sole ac uerso in tantum excandescant: ut uestes exurant fragmenta teporata agglutinantur tamen rursus tota fundi non queunt praeterquam abropra sibi nec tingui ueluri cum calculi frutes quos quidam abaculos appellant aliquos etiam pluribus modis uersicolores: Vitrum sulphuri cococtum feruminatur in lapidem. At peractis omnibus quae constant ingenio arte natura faciente, succurrit mirari nihil pene igni perfici.

Ignium miracula & medicinae prodigia. Cap. xxyii.

**I**gnis accipit harenas: ex quibus alibi uirum: alibi argentum, alibi minium: alibi plumbi genera: alibi pigmeta: alibi medicamenta fundit, igne lapides in aes soluntur, igne ferrum gignit ac do natur, igne cremato lapide cements in tectis alligantur. Alia saepius uiri prodest. Eadem materia aliud gignitur primis ignibus: aliud secundis: aliud tertiis. Quando ipse carbo uires habere incipit restinctus, atque interisse creditus, maioris sit uirtutis, immensa & improba re: naturae portio, & in qua dubium sit plura absumat, an pariat. Est & ipsius ignibus medica uis, pestilentiae quae solis obscuratione contrahitur ignis suffitu multiformiter auxiliari certum est, empedocles & hipocrates id monstrauere diuersis locis, ad conuulsa uiscera aut contusa ut ut, M Varro auctor est, ipsis enim uerbis eius utat, lix cinis est iquit foci, inde enim cinis luxatis potus medetur. Ut licet uidere gladiatores cum deluserint hac iuuari potione, Quin & carbunculum genus morbi: quo duos consulares nuper absumptos idicauimus: quernus carbo tritus cum melle sanat, adeo in rebus damnatis quoque ac iam nullis sunt aliqua remedia ut in carbone ecce & cinere, non praeteribo & unum foci exemplum romanis litteris clarum, Tarquinio prisco regnante tradunt repente in foco comparuisse genitale e cinere masculini sexus. Ea quoque quae infederatibi, Tanaquilis reginae ancillam Ocrisiam captiua consurrexisse grauidam, ita Seruium Tullium natum qui regno successit, iude & in reginae cubanti puero caput attulisse uisum: creditum quoque Laris familiaris filium, ob id compitalia & ludos laribus primum instituisse.

Gynaecoritiu  
uetus  
lectio

### CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER, XXXVII, ET VLTIVS. PROOEMIUM.

#### Origo gemmarum.

**N**ihil instituto operi desit: Gemmae supersunt & in arctum coacta rerum naturae maiestas a multis nulla sui parte mirabilior: Tantum triduunt uarietati coloribus materiae decori, uiolari etiam signis gemmas nefas ducentes, aliquas uero extra pretia ulla taxationem humanae opum arbitrantes ut plerisque ad summam absolutamque rerum naturae contemplationem satis sit una aliqua gemma. Quae fuerit origo gemmae & quibus initiis in tantum haec ammiratio exarserit diximus quodam tenus in mentione auri annulorumque. Fabulae primordium a rupe Caucasea tradunt, promethei uinculo: interpretatione fatali, primum quoque saxi fragmentum inclusum ferro ac digyto circumdatum hoc fuisse annulorum & hoc gemmam.

De gemma polyclatis tyranni & pyrri regis: & quibus sculptores optimi: & nobilitates artificum: & qui primus dactylothemam romae habuit.

Cap. i.

**H**is initiis coepit auctoritas in tantum amore elata ut polycrati Seueri samio insularum ac litrorum tyranno foelicitatis suae: quam nimiam fatebatur esse ipse, satis praesentis in unum gemmae uoluntario damno: uideretur, si cum fortunae uolubilitate paria faceret, planeque ab inuidia eius abunde se redimi putaret, si hoc unum doluisset, assiduo ergo gaudio lassus prouectus nauis uigio an altum, annulum misit. At illum piscis eximia magnitudine regi natus escae uice raptum ut faceret, ostentum, in culinam domini rursus fortunae insipientis manu reddidit, Sardonicem eam gemmam fuisse constat, ostenduntque Romae (si credimus) in Concordiae delubro cornu aureo augustae dono inclusam, & nouissimum prope locum tot praelatis opulentem, post hunc annulum regia fama est gemmae parthi illius qui aduersus romanos bellum gessit, nanque habuisse traditur a chaten: in qua nonem musae & apollo citharam tenens spectaretur, non arte sed sponte naturae ita discurrentibus maculis, ut musis quoque singulis sua redderentur insignia, nec deinde alia quae tradatur magnopere gemmatu claritas extat apud auctores, praeterquam ismeniam, choraulem multis fulgentibusque uti solitum comitatu